

XVI^a pars. De confirmatione quorundam ordinum p. 149¹
et passagio generali et quibusdam residentibus.

Ad gesta pape Honori redeuntibus dicimus, quia anno
MCCXVI, pontificatus sui primo, composuit ordi-
nem Predicatorum, Minorem vero anno octavo.
Ordinem etiam de Valle-scolarium, cuius institutor
fuit Guillelmus, qui scolarius postea Parisius
rexit in Burgundia et tandem cum quibusdam
scolaribus suis ad heremum convolvit et primum
vivendi ex diversis religionibus elegit. Candidita-
rum quoque ordinem habitantium in monte Car-
meli cum quibusdam observantibus regulas a
patriarcha Ierodolimitano eisdem traditis, postea
andem Gregorius eandem regulam confirmavit, et
ne posteriores vel redditus participent, distincte eos
prohibuit. Sed' MCCXXXVIII. propter paganorum in-
cultus compulsi sunt ab eo loco per varias mundi
partes dispergi.

Guillelmus

Mortuo quoque Balduino imperatore Constanti-
nopolitano Petrus comes Aliriodorensis et Gole-
uxor eius pro imperio Constantinopolitano coro-
nantur a papa Honorio MCCXVI in ecclesia
sancti Laurentii extra muros. Cumque recessi-
rent de Roma et cum eis legatus apostolicus rediret
Joannes à Columna cardinalis, mari transito,
imperatrice cum filiabus divertente per Romanam,
ipse imperator cum cardinali et toto comitatu
capitur.

MCCXVIII. Treuga christianorum et Saracenorum
expirante⁶ in primo passagio generali post con-
cilium Lateranense congregatus est exercitus
Romani in Achaia copiosus cum Tribus regibus, vi-
cet Jerusalem, Angarie et Cypro. Affuit etiam
dux Austrie et dux Bayverse magnaque militum

expirante c.